



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 169. Brunsvicensis tumultus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII.
A. C. 1605.

trita sit regula, quod talis esse debeat Religio, qualis est Regio & Regionis Princeps. Promeritam tamen pœnam ad Schoneri preces Mauritius remisit, paucis duntaxat, qui tumultus Authores præcipui exstiterent, exilio multatis: ipse vero, quia in Synaxi juxta sui Calvinismi beneplacitum panem frangi jusserat, cœnam aliquoties adhibito panis fracti ritu sumplit, ac postmodum discessit.

§. CLXIX.

Brunsvicensis Tumultus.

Detecta, ut meminimus, Henningi Thuan. & Cluverius l. 6.
Brabanti prodicione, longe vehementior turbo pene Brunsvigam oppressit; inde enim Henricus Julius Brunsvicensis Dux majorum jura prætexens hanc urbem astu interciperet statuit: ut cautius autem cives falleret, militem aliquamdiu vicinum tenebat, eo obtentu, quod Hispani Ligenam urbem citra Rhenum obsidentes ulterius progredi timerentur: Accessit insuper ad tegendum intercipiendæ urbis consilium opportunus admodum rumor, quo sparsum, quod Julius Filiam suam Christiano Anhaltino Principi desponsaturus, contractaque hac affinitate hic Princeps, qui ad Calvinistarum Sectam

T t 4 incli-

Sæc. XVII, inclinabat, ad Augustanam confes-
 sionem rediturus esset, quod populus unice
 in Saxonia exoptabat, proin omnes contra
 omnem suspicionem militum ac mil-
 itarum delectum eo ex fine fieri cre-
 debant, ut novi sponsi tanto honorati
 esset accessus. Hucusque cuncta col-
 ludebant secreto Julii consilio, ad cu-
 jus executionem diem vigesimam Se-
 ptembris præstituit, qua etiam die tres
 currus delectis militibus onustos una-
 cum quindecim aliis armatis rusticorum
 vestes indutis præmittit, prospero ad-
 huc successu; hi enim trucidatis excu-
 biis, valloque occupato mox belli tor-
 menta ibidem reperta in urbem conver-
 tunt, atque ad terrorem displodunt, sus-
 socios præstolaturi; his vero mor-
 trahentibus interim ad inopinum ter-
 rimum pueri, fæminæ, senesque Lu-
 therani ad Divi Blasii Templum, in
 subitis casibus naturali Religionis in-
 stinctu, confugiunt, se loci reverentia
 Sanctique Patrocinio tutos fore rati;
 Tribuni vero & Regionum Duces con-
 gregato civium ac præcipue Braxato-
 rum agmine post unius diei certamen
 fugato hoste patriam liberarunt. Ex
 Julii copiis præter ducentos captos ce-
 cidere mille ducenti, ex civibus vero
 vix quinquaginta trucidati, totidem-
 que faucii.

§. CLXX.